

AD EPHESINUM CONCILIJ
VARIORVM PATRVM
EPISTOLÆ,

EX MANU-SCRIPTO CASSINENSIS BIBLIOTHECÆ
CODICE DESUMPTÆ.

ITEM

EX VATICANÆ BIBLIOTHECÆ MANU-SCRIPTO,
Commonitorium Celestini Papæ Episcopis & Presbyteris
euntibus ad Orientem :


TITULI DECRETORUM HILARI PAPÆ:
NEAPOLITANUM CONCILIJ:
EPISTOLÆ ANAGLETI ANTI-PAPÆ.

Nunc primum in publicam lucem data

Per F. CHRISTIANVM LVPVM,
IPRENSEM,

Ord. FF. Erem. S. AUGUSTINI, S. Theol. in Alma Lovaniensi
Universitate Doctorem, ac Regium Primarium
Professorem.

oratorijs Agathensis



LOVANIJ,
Typis HIERONYMI NEMPÆL. Anno 1682.

Cum Gratia & Privilegio.





SERENISSIMO
PRINCIPI,
COSMO III.
MAGNO ETRVRIÆ
DUCI.

Redit iterum *Florentiam* Fr.
CHRISTIANUS LUPUS, mag-
nus ille librorum heluo, at-
que Ecclesiasticæ Erudi-
tionis Eximus Doctor; ac
nostrâ manu deductus Me-
dici Palatii penetralia subiens, *Serenissi-*

Facultas Adm. R. P. Provincialis.

Ego infra scriptis Ordinis Erem. S. P. AUGUSTINI in Belgio Prior-Provincialis, permitto, ut ad Ephesinum Concilium variorum Patrum Epistolæ: Commonitorum Papæ Celestini &c. per Adm. R. & Exim. P. M. CRISTIANUM LUPUM Ipreensem, Ex-Provinciale concinnata, typis mandentur. Antuerpiæ in Conventu omnium Sanctorum 18. Decemb. 1681.

F. JOANNES SMIDTS.

Judicium D. Professoris DV BOIS.

Cum placuerit Supremo Brabantiae Senatui requirere judicium meum super Libro, cui titulus, *Ad Ephesinum Concilium variorum Patrum Epistolæ, ex Manuscripto Codice Cassinensis Bibliotheca desumpta per F. CHRISTIANUS LUPUM Sac. Theologia Doctorem, Professorem Regium &c. nunc primum in lucem edita*, declarato me iterato legisse, tam ea, quæ ab Orthodoxis, quam quæ ab Heterodoxis, eodem sumque Fautoribus scripta sunt; & quod utiliter publicæ luci dabuntur, tum ad magis percipiendam, quam Orthodoxi tradiderunt, veritatem, tum ad Heterodoxorum versutias, calumnias, pertinaciamque plenius detegendam. Datum Lovanii die 16. Decembris 1681.

NICOLAUS DU BOIS Sacrarum
Litterarum Primarius Professor &c.

Errata sic corrige in Tomo Primo.

Folio 89. linnen 6. decretum lege decretum. f. 132. l. 26. Patri l. Patrum. f. 173. l. 15. intellectum l. intellectum. f. 174. l. 20. addimento l. additamento. f. 186. l. 2. canem l. carnem. f. 199. l. 22. vorò nunc l. verò nunc. f. 200. l. 34. Christianæ l. Christianæ. f. 28. l. 30. mixillis l. maxillis. f. 550. l. 14. sanari l. salvari.

VARIORUM

VARIORVM PATRVM EPISTOLÆ,

C A P U T . P R I M U M .

*Reverendissimo & Deo Amantissimo Communitro Nestorio
Cyrillus, & quæ convenit in Alexandria ex
Ægyptiaca Diœcesi synodus, in Domino
salutem.*

Salvatore nostro dicente aperte, *Qui amat Patrem Matth. 10.
aut Matrem plusquam me, non est me dignus, & qui
amat Filium aut Filiam super me, non est me dignus, quid
patiamur nos, qui à tua Reverentia exigimur te
diligere super omnium nostrorum Salvatorem
Christum? Quid nos in die Judicii juvare pote-
rit, aut quam reperiemus excusationem, qui si-
lentio ita longo honoravimus in factis à te contra ipsum blasphemis?
Et si quidem temetipsum solum læderes talia sapiens &
docens, minor utique cura esset. Quoniam verò omnem scandalizasti Ecclesiam, & insolite ac peregrinæ Hæresios fermentum injecisti Populis, & non ibidem solummodo constitutis, sed
enim & his qui ubique sunt, delati namque sunt tuarum expositionum Codices, qualis iam nostra taciturnitati sufficiet sermo?
Aut quomodo non necessarium est meminisse dicentem Christum: *Non patetis quia Pacem veni mittere super terram; non enim veni Matth. 10.
mittere Pacem, sed gladium. Veni enim dividere hominem contra Patrem suum, & Filiam contra Matrem suam?* Cum enim fides læditur, ha-
betur quidem irrita & fallax Parentum Reverentia. Quiescat autem & quæ in filios est & fratres, affectionis Lex: Et piis iam melior sit mors quam vita, ut meliorem resurrectionem merea-
mur,*